UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

CDXXV. Der Dechant Otto von Spegke transsumirt die päpstliche Bulle wegen der im Katharinenkloster zu Stendal getroffenen Ordensveränderung, am 5. Juli 1481.

**Nutzungsbedingungen**

urn:nbn:de:hbz:466:1-54890

Visual Library

niſſe aller vorſcreuen ſtucken hebben wy vnſer Stad Secrete wilIiken heten hengen to deſſeme breue. Geuen na godes bord Veerteynhundert ame Envnndachtentigeſten Jare, ame frigdage vor deme Sondage, alze men In der hilligen kerken ſinget Miſericordia domini.

Nach dem Originale des rathhäuslichen Archives No. 201.

---

CDXXIV. Die Stadt Goslar ſtellt einem Bürger zu Stendal Vollmacht in Erbſchaftsſachen aus, am 8. Juni 1481.

We, de Rad der Stad Goſzlar, Bekennen — vor alſweme vnde ſunderliken vor Jw Erſamen Borgermeiſteren vnde Rade der Stad to Stendal, vnſen biſunderen guden frunden, dat vor vns is gekomen Clawes Hartman, vnſe medeborger, vnde de ſulue heſſt vor vns von ſiner vnde ſiner eeliken Huſſrouwen wegen vulmechtich gemaket vnde maket jegenwardigen vulmechtich, in craſſt duſſes briſſes, in der beſten wiſe vnde formen, ſo ſek in den rechten bort, den beſcheiden man Clawefe querſtede, borger to ſtendel, touorlatende myt gerichtes edder ane gerichte ſodane nalaten eruegud, alſe Ilſe ringhſordes, godſeliger, heſſt nalaten vnde vp ore liſliken dochter Clawes Hartmans eeliken Huſſrouwen beſcreuen vnde alſe ore negeſte erue is gefallen, vnde wes de ergnante Clawes querſtede in den ſaken der verlatinge ſo donde edder latende werde, ſchulle gantze vullemacht hebben In allermathe, eſſt Clawes Hartman edder ſin eelike Huſſrouwe ſuluen perſonlik jegenwardich weren vnde willen des to neynen tyden wedderſpreken. To orkunde duſſer dingk, vorſcreuen, dat de vor vns ſo geſchen ſin, des to bekantniſſe hebben we vnſer Stad Secret witliken an duſſen briff heten hanghen Na der bort criſti vnſes Heren vierteinhundert Jar, dar na In dem einvndeachtigeſten Jare, ame fridage na Exaudi.

Nach dem Orig. im rathh. Archive.

---

CDXXV. Der Dechant Otto von Spegke transſumirt die päpſtliche Bulle wegen der im Katharinenkloſter zu Stendal getroffenen Ordensveränderung, am 5. Juli 1481.

Ad Univerſorum et ſingulorum cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, condicionis ſeu preeminencie ſuerint et qvibus preſentia innotuerint, Otto de Spegke, Decanus Eccleſie ſancti Nicolai Stendalienſis, Halberſtadenſis dioceſeos, deduci cupimus noticiam et deducimus per preſentes, Qvod hodie coram nobis noſtrique Notarii infraſcripti, teſtiumque infra ſcriptorum ad hoc vocatorum preſencia perſonaliter Conſtitutus Sagax et Circumſpectus vir Johannes Byſmarke, Opidi Stendalienſis dicte Halberſtadienſis dioceſeos proconſul, una cum ceteris aliis de Conſulatu dicti opidi Stendalienſis, videlicet Hinrico Buckholte conproconſule, Heyno Rogetze, Hogero Moringk et Johanne Kratze, Conſulibus, ad infraſcripta, per eundem ac totum

conſulatum miſſi qvoddam breve Apoſtolicum, ſive qvandam literam in forma brevis pro parte religioſarum et devotarum dominarum Prioriſſe ac Conventus monaſterii Sancte Katherine, Ordinis, Sancti Auguſtini Canonicorum regularium in dicto opido Stendal ſupradicte dioceſeos principalium A ſede Apoſtolica ſpecialiter impetratum et conceſſum, non cancellatum nec viciatum ſive in aliaqva ſui parte ſuſpectum, ſed omni prorſus vicio et ſuſpicione carens in cuius ſuperiori margine ab intra ſcriptum erat literis grecis: Sixtus Papa IIII. In eius inferiori vero parte ſive margine eiuſdem exaratum extiterat L. grifus, ab extra vero eiuſdem litere ſcriptum erat hoc modo: Venerabili fratri epiſcopo Halberſtadenſi vel dilecto filio decano eccleſie ſancti Nicolai Stendalienſis, Halberſtadienſis dioceſeos, ac ſigillo paſtorali ſive annulo piſcatoris rotundo de cera rubei coloris impreſſo cum circumferencia conglutinati pergameni ſigillatum, In cuius medietate ſculpta apparuit ymago ſancti Petri in navicula ſtantis ac ad modum piſcatoris rethe trahentis, in Circumferencia vero eiuſdem literis grecis ſcriptum apparuit Sixtus Papa IIII. Qvamqvidem literam ſive breve Apoſtolicum huiuſmodi nobis ad manus tradidit et exhibuit ac preſentavit, Et iuxta earundem literarum continenciam et tenorem memoratis dominabus monialibus videlicet prioriſſe, ſubprioriſſe et cuilibet earum qvatenus opus foret propter ingreſſum earundem dicti monaſterii ſive loci, Monialibus ordinis ſancti benedicti deputati iuxta tenorem literarum apoſtolicarum pape bone memorie Caliſti III. deſuper conceſſarum et obtentarum Et ſi propter tranſlacionem huiuſmodi et ingreſſum dicti monaſterii ex quo nunqvam introducta fuerat aliqua de monialibus Ordinis Sancti Benedicti ſed Sancti Auguſtini Canonicorum regularium de ordine obſervancium ac cenſuras et penas inde contractas ſi et qvatenus opus foret et indigeat in forma Eccleſie abſolvi humiliter et devote poſtulavit. Nos vero Otto, decanus, prefatus literas apoſtolicas ſive breve huiuſmodi cum ea qua decuit reverentia recepimus ac diligenter inſpeximus, aperuimus et relegimus ipſiſque ſicut premittitur per nos viſis et inſpectis nos ad certum tempus ſuper executione earundem ac omnibus aliis articulis et clauſulis in eiſdem literis contentis deliberare velle diximus et pronunciavimus, Cuius qvidem litere ſive Brevis apoſtolici tenor fuit et eſt talis: (Urkunde No. CDXXII.). Acta fuerunt hec Stendal. in domo habitationis prefati domini decani ſub anno, Indictione, die, menſe et Pontificatu, qvibus ſupra, preſentibus ibidem honorabilibus viris et dominis Lamberto Benedicti, plebano, et ppetro Holthuſen, perpetuo vicario in Eccleſia ſancti Nicolai Stendalienſis, Halberſtadenſis dioceſeos, teſtibus ad premiſſa vocatis pariter et reqviſitis. Deinde vero die veneris quinta menſis Julii, Pontificatu et aliis qvibus ſupra, hora veſperorum Coram nobis in Monaſterio ſancte Katherine dicti ordinis ſancti Auguſtini Canonicorum regularium perſonaliter conſtitute religioſe et devote domine Heylewigis Myddendorp, prioriſſa, per ſe totuſque conventus monaſterii predicti ſibi et unicuiqve earum iuxta et ſecundum continenciam et tenorem eiuſdem premiſſe litere in forma Brevis Apoſtolici propter ingreſſum prenarrati monaſterii, qvod alias prout bulla et litere felicis recordationis Caliſti Pape tertii exponit ſive exponitur, aut declaratur ad ſupplicationem qvondam ffriderici Marchionis brandenburgenſis et circumſpectorum Virorum Conſulum et Univerſitatis opidi Stendalienſis, antedicte Halberſtadenſis dioceſeos, Sanctimonialibus ordinis ſancti Benedicti conceſſum et deputatum fuit prout claret cuilibet eaſdem literas inſpicienti A ſententiis et cenſuris ſi qvas propterea forte incurriſſent, et qvelibet earum incurriſſet, per organum prioriſſe ibidem humiliter ſuſpendi devote genibus flexis ſupplicarunt ac inſtanter pecierunt, Nos ex tunc ſicut premittitur de premiſſis omnibuſque et ſingulis in dicto Brevi apoſtolico contentis plene deliberavimus, ideo primitus et ante omnia per dictos dominos de Conſulatu ibidem preſentes et miſſos videlicet Hinricum Buckholte, Proconſulem, Hinricum Klotzen, Heynonem Rogetz et Johannem Kratz nec non per Bene-

dictum Kaluen Seniorem Proconſulum pro nunc non in Conſulatu plenarie Informati de promiſſorum veritate et de ſingulis articulis in dicto Brevi contentis per nos ſpecialiter interrogatum Nec non recepto a memorata prioriſſa Juramento ſolito conſveto de ſtando et parendo de ceteris mandatis ſedis apoſtolice et ſancte Eccleſie, Nos ergo Otto, decanus, prefatus extunc attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam et conſonam rationi, volenteſqve dictis dominabus ac monialibus dante domino ut tenemur iuſtitiam vigore dicti Brevis miniſtrare, eandem Dominam Heylewygen, prioriſſam, ibidem preſentem et coram nobis humiliter genu flexo abſolucionem huiuſmodi tam pro ſe qvam pro aliis conſororibus prefati monaſterii In perpetuum petentem in forma eccleſie ſolita et conſveta ab omnibus ſententiis et cenſuris ac penis, ſi qvas propter ingreſſum huiuſmodi forte incurriſſent et quelibet earum incurriſſet, eas et unamqvamqve earum abſolvendas duximus atque abſolvimus in dei nomine per preſentes, Iniungentes eidem domine et prioriſſe et unicuique earum pro modo culpe penitenciam ſalutarem. In qvorum omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras literas ſive preſens publicum Inſtrumentum huiuſmodi proceſſum noſtrum in ſe continentes exinde ſieri et per Notarium publicum ſcribamque noſtrum infra ſcriptum ſubſcribi et publicari mandavimus noſtrique ſigilli appenſione iuſſimus et ſecimus communiri. Datum et Actum Stendal in prefato Monaſterio ſancte Katherine ſub Anno a Nativitate Domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo, Indictione Quarta decima, die veneris, Qvinta Menſis Julii, Pontiſicatu Sanctiſſimi in Chriſto Patris et Domini, noſtri Domini Sixti divina providentia Pape Qvarti Anno decimo, preſentibus ibidem ſupradictis dominis Lamberto Benedicti, plebano, et Petro Holthuſen, perpetuo Vicario in Eccleſia ſancti Nicolai Stendalienſis, predicte Halberſtadenſis dioceſeos, teſtibus, ad premiſſa rogatis pariter et debite reqviſitis.

Et ego Johannes Lorize, Clericus Halberſtadenſis dioceſeos, Publicus Sacra Imperiali auctoritate Notarius, Quia dictarum literarum Apoſtolicarum ſive Brevis Apoſtolici productioni et preſentacioni ac receptioni omnibuſque aliis et ſingulis premiſſis dum ſicut premittitur, per venerabilem circumſpectum Dominum Ottonem de Spegke, decanum Eccleſie Sancti Nicolai Stendalienſis prefatum et coram eo ſierent et agerentur, una cum prenominatis . . . teſtibus preſens interfui, eaque ſic ſieri, vidi et audivi; Idcirco preſens publicum inſtrumentum per alium ſidelem ſcriptum exinde confeci, ſubſcripſi, publicavi et in hanc publicam formam redegi. Ea quoque et notis meis ſolitis una cum prenominati domini Decani ſigilli appenſione ſignavi rogatus et reqviſitus.

Nach Beckmann's Beſchreibung a. a. O. Sp. 99—103.

---

## CDXXVI. Peter Rinow verkauft den Vicarien der Marienkirche in Stendal Hebungen in Warburg, am 13. Juli 1481.

Ick peter Rynow, borger to Stendall, bekenne — dat ick myt rade myner frunde vnnde guden willen vnnde fulborth myner erffen, witliken vorkofft hebbe vnnde vorkope, in crafft deſſes bryffes, den Erliken vnnde werdigen heren allen belehnden vicarien in vnſer liuen frouwen kerken to Stendal vnnde allen oren nakomelingen, vicarien, eyne marck ſuluers jarliker renthe